



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvrghensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Additiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

ANNO 1559. Margreth Leutgebina, quæ resignauit facta Abbatisa in
Kiembsee.

ANNO 1565. Ursula Grossin de Trockbau, dicta Pfersfelderin eligitur, quæ
hoc Anno 1579. adhuc laudabiliter regit.

SEPULTI sunt ibi Nobiles de Straß, qui ibi propriam Capellam habent
in Capitulo.

ITEM Nobiles de Gumppenberg, nunc Domini.

ADDITIONES.

IN nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, Amen. *Sibotto* Dei gratia *August.*
Ecclesie Episcopus. Dilectis in Christo filiabus, Abbatissæ totique Conuen-
tui in *Schönfeld*, salutem in Spiritu Sancto. Et ex iniuncto nobis incumbit officio,
& sanctorum nos patrum prouocant exempla, ut animarum salutem, ppenius
intendentes in grege nobis commisso vitam beatam, disciplinæ formam, reli-
gionis regulam quantum possumus dilatemus pariter & firmemus. Quapro-
pter dilectæ nobis in Christo filiæ, vestris piis desiderijs imo Illustris Domini
Chunradi Romanorum Regis, nec non & vestrorum fidelium fundatorum nobilis
Comitis *Berchtoldi de Greifspach*, ac vxoris suæ Dñæ *Adelheidis* obnixis precibus
inclinati, de consilio & assensu confratrum nostrorū licentiam dedimus & gra-
tiam, ut propter causas quasdam necessarias & graues, quæ spiritualibus obseruantijs
incommodabant ibidem de Ecclesia Sancti *Georgij in Burckham* transferentes in
campo specioso, qui vulgariter *Schönfeld* dicitur, residentiam ibidem habeatis in
pptuum Deo famulaturæ sub regula *B. Benedicti* in habitu & ordine *Cisterciensium*,
eiusdemque ordinis correctione, uisitatione pariter & priuilegijs à sede Apostoli-
ca concessis in Dño gaudeatis. Hoc tamen pacto ut in signū respectus & reueren-
tiæ matricis Ecclesie *B. Mariæ* sepe virginis in *Augusta*, in festo Natiuitatis eiusdem
in Ecclesia suæ luminaria libram cere annis singulis persoluatis. Verum cōmu-
tationē illam quæ pro loco vestro, qui in *Lechgemünde* ad parochialem Ecclesiam per-
tinebat, de assensu plebani eiusdem *Heinrici* nomine facta est, cū area una in *Marx-
haim* approbamus & cōfirmamus vos & locū vestrum, & omnia bona uobis atti-
nentia, quæ nunc habetis, seu posthac fueritis habituræ, precipue prædium in *Herman-
shöfen*, prædiū in *Hulmting*, Curiam in superiori *Burckham*, prædium in *Ostro-
delshausen*, Curiam in *Mittelstetten*, prædium in *Faulvinkhl*, prædium in *Schönberckh*, præ-
dium in *Hirschpach*, prædium in *Teitingen*, curiam in *Steteberckh*, curiam in *Waldorf*,
cum alijs omnibus uestris sub *B. Mariæ* perpetuæ virginis & nostræ protectione re-
cipimus specialem. Præterea ipsam donationē quæ prædicta Comes nobilis & vxor
eius presentibus nobis fecerunt, uidelicet, ut idē locus uester cum omnibus suis
pinentijs, quæ nunc constructa sunt, seu de cætero construentur in eo, nec non
& omnia bona uestra tam mobilia quam immobilia, quæ in presentiarum pos-
sidetis, vel in futurum fueritis quocūque modo rationabili possessione ab ipsis,
& ab vniuersis hæredibus suis, ab omni iure aduocatio libera sint & exem-
pta. Renunciantes quoque pro se, & pro omnibus suis, sicut dictum est, hæredi-
bus omni iuri quod in eis habuerant, vel habere poterant, hæc omnia ad eo-
rum instantiam in Domino confirmamus, Statuentes ut nullus uester seu quo-
rumcunque bonorum uestrorum sit aduocatus perpetuis temporibus, sed ob
memoriam nostri, & in salutem benefactorum uestrorum, concessa uobis per
nos & Ecclesie uestræ fundatores libertate plena *Cisterciensium*. Ordinis sicut jam
prædictum est, in Domino gaudeatis. Insuper cum sæpèdictus Comes in aug-
mentum suæ salutis, ministerialibus suis, & omnium, suæ familie tam suæ
quam

quam hæredum suorum ipse liberam contulerit potestatem conferendi bona sua tam mobilia quàm immobilia vobis & vestris sororibus successuris ibidem in perpetuum Deo degentibus, prout cuique Dominus inspirarit, Nos ipsam concessionem confirmamus in Christo, & præcipimus inuolubiliter obseruari. Vt autem hæc rata & inconvulsa debeant permanere, & illibata obseruari, literam præsentem ad petitionem vestram, & sæpe dicti Comitis, & eius vxoris instantiam conscribi fecimus, & in nostræ confirmationis ac donationis eorundem evidens testimonium tam nostro quam ipsorum sigillis concessim⁹ communiri. Si quis autem his ritè peractis scienter voluerit contraire, vosque in rebus aut personis, seu iure vestro turbare præsumperit, omnipotentis Dei de perpetrata malitia non effugiat ultionem. Omnibus autem benefactoribus vobis tranquillitatis vestræ seu juris vestri cõseruatoribus sit salus & pax & gaudium sempiternum, Amen. Datum *Auguste*, Anno Dominicæ incarnationis Millesimo Ducentesimo XLI. Quinto Idus Ianuarij.

SIBOTTO Dei gratia *Augusten*, Ecclesiæ Episcopus. Omnibus literæ præsentis inspectoribus, salutem in Domino. Notificamus vobis quod hospitali apud *Murnauv*, & hospitale apud *Burckham* in principio constructionis eorum sic connexa fuissent & vnita, & sub vno magisterio, sub vno quoque titulo hospitalitatis ac religionis adinvicem essent connexa, postmodum propter nimiam locorum distantiam & personarum domus hinc inde separationem cottidiano patebat experimento, quod taliter neutrum eorum vix ab his qui vtrique affines existebant nec non in possessionibus seu rebus mobilibus propter locorum distantiam recipere posset per opera caritatis incrementum. Vnde ad persuasione Domini Comitis *Berchtoldi de Lechsgemündt*, & Domine Comitissæ Vxoris sue, & aliorum virorum discretorum hospitalia ipsa à vinculo fraternitatis quo connexa fuerant ab inuicè separauimus, sub distinctione quoque possessionum quas habebant. Ita quod hospitale *Murnauv* bona & possessiones sibi adiacentes, & alterum in *Burckham* sibi adiacentes penitus ab inuicem diuisa perpetuo in quieta tenerent diuisione. Ne vero in his in posterum aliqua posset controuersia suboriri, in horum testimonium literam hanc fecimus conscribi & sigillo nostro communiri. Acta sunt hæc apud *Augusten*. Anno Millesimo Ducentesimo quadragesimo sexto, Mense Martio.

Innocentius Episcopus Seruus Seruorum Dei, dilectis in Christo filiabus Abbatissæ Monasterij in *Schönsfeld*, eiusque sororibus tam præsentibus quàm futuris, regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum conuenit adesse præsidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursum aut eas à proposito reuocet, aut robur quod absit religionis eneruet. Ea propter dilectæ in Christo filiæ vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & Monasterium Sanctæ Dei genitricis & Virginis *Maria* in *Schönsfeld* *August.* Diæcesis, in quo diuino estis obsequio mancipatæ, sub *B. Petri* & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio cõmunimus. In primis siquidem statuentes vt ordo Monasticus, qui secundum Deum & *B. Benedicti* regulam atque institutionem *Cisterrien*. fratrum à vobis post Concilium generale susceptam in eodem Monasterio inlittutus esse dinoscitur, ppetuis ibidè temporibus obseruetur. Præterea quascunq; possessiones, quæcunq; bona idem Monasterium in præsentiarum iustè & Canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis ac quæ vobis successerint, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo præfatum Monasterium situm est, cum omnibus perti-

nentiis suis. Garangiam quam habetis in *Hermanneshouen*, cum omnibus pertinentiis suis. Possessiones quas habetis in locis *Burckham, Artfingen, Illichdorff, Culmendingen, in superiori Beuchingen, Tottingen, Nandershaim, Fautvvinckel, Stenenbach, Marxhaim, Vegedsvverde, Mittelfetten*, vulgariter nuncupata, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, vsuariis & pascuis, in bosco & plano, in aquis & molendinis, in viis & semitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus suis. Sanè noualium vestrorum quæ propriis sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, siue de hortis & virgultis, ac de piscationibus vestris, seu de vestrorum animalium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præsumat. Liceat quoque vobis personas liberas & absolutas à seculo fugientes ad conuersionem recipere, & eas absq; contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper vt nulli fororum vestrarum, post factam in Monasterio vestro professionem, fas sit sine Abbatissæ suæ licentia de eodem loco discedere, discedentem vero absque communium literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Illud districtius inhiibentes, ne terras seu quodlibet beneficium Ecclesiæ vestræ collatum liceat alicui personaliter dari, seu alio modo alienari absq; consensu totius Capituli, vel maioris aut sanioris partis ipsius. Si quæ verò donationes vel alienationes aliter quam dictum est, factæ fuerint, eas irritas esse censemus. Insuper auctoritate Apostolica inhiibemus, ne vllus Episcopus vel quælibet persona, ad synodos vel Conuentus forenses vos ire, vel iudicio seculari de vestra propria substantiâ, vel possessionibus subiacerè compellat, nec ad domos vestras, causa ordinis celebrandi, causas tractandi, vel aliquos conuentus publicos euocandi venire præsumat, nec regularem electionem Abbatissæ vestræ impediat: aut de restituenda vel remouenda quæ pro tempore fuerit, contra statuta *Cisterciën*. Ordinis se aliquatenus intromittat. Pro consecrationibus altarium verò, vel Ecclesiarum, siue p. oleo sancto, vel quolibet Ecclesiastico Sacramento, nullus à vobis sub obtentu consuetudinis vel alio modo, quicquã audeat extorquere, sed hæc omnia gratis vobis Episcopus vester impèdat: alioquin liceat vobis quemcunq; malueritis Catholicum adire antistitem, gratiam & cõmunionem apostolicæ sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate, vobis q; postuletur impendat. Quod si sedes Diæcesani Episcopi forte vacauerit, interim omnia Ecclesiastica Sacramenta à vicinis Episcopis accipere liberè & absq; contradictione possitis, sic tamè vt ex hoc in posterum proprio Episcopo nullum præiudicium generetur. Quia verò interdum proprii Episcopi copiam non habetis, si quem Episcopum, Romanæ sedis vt diximus gratiâ & cõmunionem habentè, de quo plenam noticiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo benedictiones vasorũ & vestium, & monialium, & consecrationes altarium alij rectores in Monasterium vestrum, vel personas inibi constitutas, suspensionis, excommunicationis vel interdicti sententiam promulgauerint, siue etiam in mercenarios vestros, pro eo quod decimas, sicut dictum est, non persoluitis, siue aliqua occasione eorum quæ ab apostolica benignitate vobis indulta sunt, seu benefactores vestros, pro eo q; aliqua vobis beneficia vel obsequia ex charitate præstiterint, vel ad laborandum adiuuerint in illis diebus, in quibus vos laboratis & alij feriantur, eandem sententiam protulerint, ipsam tanquam cõtra Apostolicæ sedis indulta prolatam decernimus irritandam. Præterea commune interdictum terræ fuerit, nihilominus liceat vobis in vestro Monasterio exclusis excommunicatis & interdictis diuina officia celebrare. Pari quoque etiam tranquillitati vestræ paterna in posterum sollicitudine prouidere volentes auctoritate Apostolica prohibemus, vt infra clausuras locorum

sive

sus *Crangiarum* vestrarum, nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem tenere, capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus ordini vestro concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactio- num à Regibus & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti priuilegio communimus & decernimus. Nulli ergò omnino hominum liceat præfatum Monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integrè conseruentur earum, pro quarum gubernatione & sustentatione concessa sunt, vobis omnimodis profutura. Salua sedis Apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit, secundo tertioque commonita, nisi erratum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se diuino iudicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruancibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & his fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen. Datum *Neapoli*, per manum *Guill. magistri Scholaris Parmen.* S. R. Ec. Vice Cancellarij. VI. Calen. Decembr. Indiçt. XIII. Incarnationis Dominicæ anno M. CC. LIV. Pontificatus verò Domini *Innocentij* Papæ IV. anno duodecimo.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Berchtoldus* Dei gratia Comes de *Lechsmündn.* Cunctis in perpetuum præsentem paginam inspecturis, Salutem. Quoniam omnium facta mortalium temporalem motum sequuntur, & pereuntibus hominibus simul ipsorum facta intereunt, necesse est, ut quæ sua natura tendunt ad interitum, literarum adminiculo fulciantur, & ab obliuionis interitū defendantur. Notitia igitur posterorum transmittimus præsentis scripti testimonio, quod nos pro remedio anime nostræ ac decessorum nostrorum, Cænobio in *Schönsfeld* de nouo nob. inchoantibus talem donauimus gratiam perpetuò tam à nobis quam à nostris hæredibus possidendam, ut omnes homines ibidem Deo seruientes cum sua familia tam per stratas quam nauigia seu etiam omnia loca in nostra iurisdictione constituta securi & indemnes incedant. Si verò iam dicti cænobij homines res suas de loco in locum perducere contigerit, nullus officiorum nostrorum censum vel theoloneum neque in pontibus, nec in aliis locis in æternum ab ipsis recipiet. Hanc verò donationem à nobis factam ab aliquo irritari nolentes, præsentem paginulam conscribi, & sigilli nostri testimonio fecimus roborari, ut sic omnium succedentium nobis calumniam excludamus, & nostra viuat memoria in æternum. Huius rei testes sunt, *Heinricus de Vogelberg, Heinricus de Weisburg, Remigius de Marchaim, Chunradus Ruffus* minor *Heinricus* Notarius, *Chunradus de Fünffstätt* junior, *Remoldus de Kheutsparg* & alij multi. Datum apud *Graispach*, anno ab incarnatione Domini Millesimo Ducesimo Quadragesimo secundo. Indiçt. XV.

NOs *Rudolphus* Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ad vniuersorum tam præsentium quam futurorum notitiã volumus peruenire. Quod nos honorabiles & religiosas personas Abbatissam. & Conuentum Monialium de inferiori *Schönsfeldi Augusten.* Diæces. dilectas deuotas nostras pij fauoris plenitudine prosequentes, ipsis hanc gratiã duximus faciendam, quod ipsa feoda,

Metrop. Salub. Tom. III.

cc 3

quæ

quæ tenentur à nobis & Imperio, seu quæcunq; bona alia, siue per emptionem, vel ex testamento, aut ex donatione, vel alio quocunq; iusto modo ad eas, vel Monasterium earum deueniant, vsq; ad valorem reddituum triginta Marcarum argenti puri, de nostro consensu regio, & beniuola voluntate pacificè & quietè perpetuo valeant liberè possidere. In cuius rei testimonium præsens scriptum exinde conscribi, & maiestatis nostræ sigillo fecimus communiri. Huius autem rei testes sunt *Sifridus* Archiepiscopus *Coloniens.* *Gosfridus* Episcopus *Patauiens.* *Fr. Heinricus* Episcopus *Basilien.* *Ludouicus* Palatinus Comes *Rheni,* Dux *Bauaria,* *Albertus* Dux *Saxonia,* *Fridericus* Burggrauius de *Nürnberg.* *Ludouicus* Comes de *Oettingen,* *Fridericus* Comes de *Truhendingen,* *Eberhardus* Comes de *Cazenellenbogen,* *Johannes* Comes de *Sponheim.* Frater *Conradus* de *Vichtban* preceptor domus *Theutonicorum* per *Alemaniam,* *Irasto* de *Hohenlobe,* *Vricus* de *Tuvers,* *Gosfridus* de *Hohenlob,* *Herdegen* de *Grindelauv* & alij quam plures qui interfuerunt. Datum *Nürnberg,* quarto Non. Aprilis, Indict. XIII, Anno Dñi 1285. regni verò nostri an. 12.

Albertus Dei gratia *Romanorum* Rex semper Augustus. Vniuersis sacri Romanici Imperij fidelibus, præsentis literas inspecturis, gratiam suam & omnne bonum. Quamuis maiestatem deceat regiam subditorum suorum humilibus precibus inclinari, & eorum iustis petitionibus tam benignum præbere cõsensum, vt eorum fidelis deuotio, & deuota fidelitas ad ea q̄ honoris sunt imperij, promptiori studio seruentioribus animis se disponant. Ideo dignum iudicac nostræ Serenitas, & congruum arbitrat, vt personas Deo famulantes, quæ ob celebris vitæ suæ fragrantiam Deo se reddant amabiles & hominibus gratiosas, gratiosiori affectu præ cæteris prosequamur. Hinc est quod honorabilem & religiosarum Sanctimonialium Abbatissæ & Conuentus Monasterij in *Schönfeld* inferioris ordinis *Cisterciens.* deuotarum nostrarum dilectarum, quarum ordinè tamquam commendabili sanctitatis flore florentem gratioso fauore completimur, votiuus precibus de benignitate regia fauorabiliter annuentes ipsi omnes libertates, donationes, concessiones & grãtias à diuè recordationis Romanici Imperatorum & Regum, Illustrium, & præcipuè Dñi *Rudolphi* Regis Romanorum quondam prædecessoris & genitoris nostri Charissimi traditas & concessas, prout ritè & prouidè sunt traditæ & concessæ, confirmamus & approbamus & innouamus, & præsentis scripti patrociniò communimus. Datum in *Constantia* XVII. Calen. Aprilis, Anno Domini M. CC. XCIX. Indict. XII. Regni verò nostri Anno primo.

Franciscus miseracione diuina Sancti *Eustachij* SS. Rom. Eccl. Diacon. Card. *Senen.* in partibus *Alemannia* & *Germania* ac terris sacro Romano Imperio subiectis, Apostolicæ Sedis Legatus, ad futuram rei memoriã. Dignum siquidè arbitramur & congruum, vt ea specialibus fauoribus & gratiis, psequamur, p q̄ diuina dedicata seruitio ac Monasteria & pia loca in tẽporalib; & spiritualib; votuæ prosperitatis successib; valeant gratulari, & q̄ pro illorum cõmodo ritè facta comperimus, nostræ cõfirmationis munimine p̄cipuè cum humilitate poscentibus roborem. Nuper siquidè, p parte dilectarũ nobis in Christo Abbatissæ monialiũ & Conuentus Monasterij in *Nidernschönfeld* *Cisterciens.* Ordinis, *Augusten.* Diocesis fuit nobis humiliter supplicatũ, Quod cũ dictũ Monasteriũ plurimas libertates, exẽptiones, immunitates, priuilegia, indulta, plurimasq; possessiones, terras, vineas, hortos, vsus, decimas & alia bona, tã à Romanis Pontificib; quã aliis Principibus & Christi fidelibus sibi concessa iam dudum p longa tẽpora quietè & paci-

& pacificè possederint, sicut possident de presenti, vte omnia in futurum firma & illibata permaneant, & à nullo super illis * exitari contingat, pro ipsorum maioris roboris firmitate confirmare dignaremur. Nos igitur qui iusta petentibus libenter auiimus, & pro Ecclesiarum augmento libentius cuncta peragimus, huiusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate nostræ legationis omnia & singula priuilegia, indulta, libertates, exemptiones, immunitates, omnesque & singulas decimas quas habere dinoscitur, possessiones, terras, vineas, hortos, vsus, & alia bona sibi à quocunque, præterquam ab Apostolica sede concessa, sicuti iustè & pacificè possident, rata & grata habentes, approbamus, confirmamus, & presentis nostri scripti patrocinio communimus. Quæ non eidem Monasterio ab Apostolica sede ritè & Canonicè sunt concessa, ab omnib. & singulis perpétuis futuris temporibus firma & illibata tenore presentium seruari mandauimus. Decernentes ex nunc irritum & inane, si quid quauis inferiori auctoritate contra præmissa attemptatum forsan est hætenus, aut in futurum quomodo libet attemptari contingat, in contrarium faciendis non obstantibus quibuscunque. In quorum fidem & testimonium, has nostras præsentis litteras fieri, nostrique sigilli appensione iussimus communi. Datum *Ratisbonæ* in domibus nostræ residentię, anno incarnationis Dominicæ Millesimo Quadringentesimo septuagesimo. IV. Id. Iulij, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Dñi *Pauli* diuina providentia Papæ secundi, anno septimo.

PIVS Eps servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiis Abbatissæ & Conuentui Monast. in *Schönfeld* ordinis *Cisterciën. Augusten.* Diocæs. salutem & apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iustum est & honestum, tam æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilectæ in Christo filiæ, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates & immunitates à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris siue per priuilegia vel alia indulta, vobis & eidem Monasterio concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactio num à Regibus & Principibus ac aliis Christi fidelibus vobis præfatoque Monasterio rationabiliter indultas, specialiter autem terras, agros, hortos, prata, pascua, sylvas, nemora, aquas, aquarū decursus, domos, grangias, possessiones, iura, iurisdictiones, aliaque mobilia & immobilia bona, ad dictum Monasterium spectantia, sicut ea iustè & pacificè possidetis, vobis & per vos eidem Monasterio auctoritate apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergò omnino hominum hæceat hanc paginam nostræ confirmationis & communitationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumperit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum *Petri & Pauli* Apostolorum eius se noverit incursum. Datum *Mantue*, an. incarnationis Dominicæ M. CCCC. LIX. XIII. Kal. Ianuar. Pontificatus nostri anno II.

PAVLVS Episcopus servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiis Abbatissæ & Conuentui Monasterij in *Nidernschönfeld*, ordin. *Cisterciën. August.* Diocæs. salutem & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iustum est & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem, officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilectæ in Christo filiæ, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactio num à Regibus & Principibus ac aliis Christi fidelibus vobis præfatoque Monasterio rationabiliter indultas, specialiter autem terras, agros, hortos, prata, pascua, sylvas, nemora, aquas, aquarū decursus, domos, grangias, possessiones, iura, iurisdictiones, aliaque mobilia & immobilia bona, ad dictum Monasterium spectantia, sicut ea iustè & pacificè possidetis, vobis & per vos eidem Monasterio auctoritate apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergò omnino hominum hæceat hanc paginam nostræ confirmationis & communitationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumperit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum *Petri & Pauli* Apostolorum eius se noverit incursum. Datum *Mantue*, an. incarnationis Dominicæ M. CCCC. LIX. XIII. Kal. Ianuar. Pontificatus nostri anno II.

nis Pontificibus siue priuilegia vel alia indulta vobis & Monasterio vestro concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactioꝝum à Regibus & Principibus ac aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis & eidem Monasterio indulta, specialiter autem possessiones, terras, domos, vineas, ortos, & alia bona vestra sicuti ea omnia iustè & pacificè possidetis, vobis & per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio cõmunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis & communionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Rome apud S. Marcum, Anno incarnationis Dominicæ M. C. D. LXVI. X. Kal. Iun. Pontificatus nostri anno secundo.

Adfunt præterea litteræ Confirmat: subsequentes.

- Rudolphi Ducis Bauar. Com. Pal. Rheni an. 1324.
 Ludouici Marchion. Brandenburg. Duc. Bauar. an. 1359.
 Ducis Stephani Senioris, an. 1363.
 Ioannû Bauariæ Ducis, an. 1375.
 Ducis Friderici an. 1370.
 Meinhardi March. Brandenburg. Duc. Bauar. an. 1362.
 Stephani & Friderici Ducum B. an. 1368.
 Ducis Heinrici, an. 1447.
 Ducis Ludouici an. 1451.
 Ducis Georgij, an. 1479.
 Ducis Friderici, an. 1508.
 Ottonû, Heinrici & Philip. Com. Pal. Rhen. Bauar. Ducum an. 1523.

Catalogus Abbatissarum Monasterij

Nidernschönfeld.

- | | | |
|--------|--|---------------------|
| I. | KVNEGVNDIS Weicknerin, an. 1242. | } Magistræ sororum. |
| II. | IRMEMGARD. elig. an. 1268. | |
| III. | ELISABETHA Comitissa de Nyssen, an. 1274. | } Priorissæ. |
| IV. | IVDITHA de Strass. an. 1275. | |
| V. | GERTRVDIS eligitur prima Abbatissâ, an. 1283. | |
| VI. | GVTTA de Strass. an. 1306. | |
| VII. | AGNES Com. de Nyssen. an. 1324. | |
| VIII. | GERTRVDIS ex Marschalcis de Dornspurg an. 137. | |
| IX. | AGNES de Mur, an. 1343. | |
| X. | VRVLA à Schmiben, an. 1367. | |
| XI. | ELISABETHA Com. de Nyssen, an. 1377. | |
| XII. | AGNES de Pfallham, an. 1392. | |
| XIII. | CLARA ab Holzham, an. 1401. | |
| XIV. | ELISABETHA Herschlaterin. an. 1411. | |
| XV. | AFFRA à Gumpenberg, an. 1423. | |
| XVI. | MARTHA ex Marschalcis de Oberndorf. an. 1445. | |
| XVII. | ANNA à Knöringen. an. 1464. | |
| XVIII. | LVCIA Zennerin. an. 1487. | |

XIX. BAR.

- XIX. BARBARA *Ganterin* an. 1513.
 XX. ANNA *Hausnerin*, an. 1534.
 XXI. LV CIA *Ebronin*, an. 1541.
 XXII. MARGARETHA *Leitgebin*, an. 1559.
 XXIII. VRSVLA *Pfersfelderin*, an. 1565.
 XXIV. VRSVLA *Hausnerin*, an. 1583.
 XXV. BARBARA *Langin*, moderna Abbatissa el. an. 1597.

SEELIGENTAL

MONASTERIVM virginum Cisterciensis ordinis. Ludomia, alias vulgariter Ludmilla, Ducissa Bohemiar, vxor primò Alberti à Pogè, tertij huius nominis, potentissimi Comititis ante siluam Bohemicã, ex quo tres filios habuit, Luipoldum, Berchtoldum & Albertum quartum, secundò nupta Ludouico Duci Bavarie, filio Ottonis de Wittspach, primi Ducis, ex quo vnicum filium Ottonem suscepit, viduata An. 1231. anno sequenti Landeshoutè in suburbano sacris feminis Monasterium construxit, Cisterciensib. initiauit, dotè suam dedit, vbi eius sepulchrum nec non ceterorum Principum inferioris Bavarie ostenduntur. Extat diploma, cuius tenor sequitur.

*Annot. lib.
7 fol. 666.*

IN nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Cum ad effodiendum & inueniendum caelestem thesaurum Christum, in agro sanctæ Ecclesiæ absconditum & comparandam pretiosam margaritam, vitam scilicet contemplatiuã, quibusdam bonæ voluntatis hominibus, debilitate & consuetudine contradicentibus, corporis vires non sufficiant, necesse est delicatis huius seculi & diuitibus, qui corporali exercitio & labore proprio bene operando, caput Christi discumbentis in conuiuio vngere nequeunt, de mammõna iniquitatis, quasi capillis pedes eius, videl. pauperes saltem tergant, & eos sibi inde amicos faciant, vt cum defecerint, eos in æterna tabernacula recipiant. Verè enim tunc homo deficit, cū gratiã quam peccando perdidit, per bonũ corporis exercitium recuperare nequit, & tunc in æterna tabernacula eum recipit, qui accepto ab eo eleemosynarum beneficio Deũ pro peccatis suis orandò reconciliare minimè desistit, vt tunc opus misericordiæ suppleat, quod carnalis fragilitas elaborare recusat: sic scriptum est. Peccata tua eleemosynis redime, quia sicut aqua extinguit ignem ita eleemosyna peccatũ. Et iterum: Date eleemosynas, & oĩa munda erunt vobis. Nouerint igitur vniuersi tam presentes quàm posteri, q̄ ego Ludomia Ducissa Bavarie de portione substantiæ, q̄ ex hæreditate parentũ meorũ me contingit, cum vidua illa Euangelica, ne vacua appareat in conspectu Dei omnipotentis, aliquid in gazophilaciũ Dñi mittere cupiens, annuente & consentiente dilecto filio meo Ottone, Illustri Duce Bavarie & Palatino Comite Rheni, ad instaurationem Conuentus Virginum sanctimonialiũ Cisterciensiu ordinis, q̄ inter religiones ceteras, quasi stella matutina fulget in medio nebulae, & quasi sol domum Domini, sanctam videlicet Ecclesiam illuminat, quamuis in eodẽ sexu, in partibus heu Bavarie minime sit cognitus, in hospitali Landeshut, in finibus Ratisbonensis Diocesis, vt quasi custodes super muros Hierusalem constituta, rota die ac nocte pro beneficio impenso laudare, & pro peccatis meis & delictis, & maritorum, meorum defunctorum, videlicet Ludouici Ducis Bavarie & Adalberti Comititis de Pogen, pro salute & incolumitate filiorum meorum, prædicti scilicet Ducis & Adalberti Comititis, & successorum nostrorum, nomen Domini non cessent deprecari, quasi Domino minuta. has

quinq;